



Universitätsbibliothek Paderborn

V. P. Gasparis Druzbicki, Societatis Jesu, Opera Omnia Ascetica

Aucta Duobus Opusculis De Effectibus, Fructu, Et Applicatione Sanctissimi
Missæ Sacrificii, Et De Sublimitate Perfectionis Religiosæ. Catalogum
Tractatum Asceticorum Omnium Vicina Post Dedicationem Pagina
Indicabit

V. P. Gasparis Druzbicki, Societatis Jesu, Tribunal Conscientiæ Per Varias
Examini Industrias seipsam dijudicantis, Tendentibus ad perfectionem,
præsertim Religiosis accommodatum

Druzbicki, Kaspar

Ingolstadii, 1732

VD18 90066413

Industria XIV. Ratio Examini Conscientiæ, super gratias, lumina,
dictamina, veritatesque nobis à Deo communicatas.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45441

PUNCTUM IV. Continebit dolorem de negligentis à te commiſſis, item eorum ſuppletionem. Continebit actionem gratiarum, pro gratiis & occaſionibus, & uſu earum.

PUNCTUM V. Continebit emendationem in aliquo particulari Puncto, veniam petet, petet quoque lumen in intellectu, & efficaciam in affectu, & delectationem ex utroque ut conſequatur efficax uſus occaſionum bonarum & gratiarum, & profectus in exercitio virtutum.

Hæc Industria atque Examen per illam traditum, pluribus Industriis & examiniſ æquivalet, proinde & magni æſtimandum, & uſus ejus familiaris valdè habendus eſt, præcipuè proficientibus, & ad perfectionem perfectionis adſpirantibus.

INDUSTRIA XIV.

Ratio Examiniſ Conſcientiæ, ſuper gratias, lumina, dictamina, veritatesque nobis à Deo communicatas.

IN ſuperiori Industria, duplicium gratiarum feci mentionem, quarum aliquæ dantur à Deo tempore operum, appropriatæque ſunt iſis operibus, quædam verò dantur, quaſi promiſcuè, non appropriatæ ad tempora, & opera, in quibus dantur, ſed tamen utiliter dantur, quia illarum uſus poteſt eſſe in operibus noſtris. Harum gratiarum utræque plerumque actuales eſſe ſolent, nihilominùs utræque videntur poſſe etiam, ac ſolere fieri habituales; experimur quippe habitualiter illa lumina atque dictamina, & ſtimulos motusve in nobis permanere, qui

E s

datis

dati competentibus occasionebus illicò in opus & actum procedunt. Quidquid tamen sit de hoc, priorum gratiarum examen unà cum occasionebus virtutum, superiùs expositum est. Hâc præsentî Industriâ exponitur ratio examinis posteriorum gratiarum, sive illæ vocandæ sunt actuales tantum, sive etiam habituales, quod ego mallem. Quam rationem antequam exponam; adverto primum aliqua, tam his, quàm aliis etiam gratiis, sive donis Dei in nobis convenientia.

Et quidem inprimis noto illud, quòd duplicia sint dona Dei, esto ordinis supernaturalis, in nobis: quædam sunt gratum facientia, perfectumque coram DEO eum in quo sunt: alia sunt veluti gratis data, quæ hominem habentem non faciunt per sese Deo gratum, aut sanctum, possent tamen eum promovere multum ad hoc, si accederet donorum illorum usus bonus, practicus, in bonum ipsius habentis. Aut certè ita dicamus, Duplices homines solent reperiri spirituales, gratiis donisque Dei præditi, quidam qui donis, gratiis, luminibusque ac veritatibus à Deo sic illuminantur, ut illis & alios possint instruere, & ipsi instructi quoque fiant, ac in sanctitate virtutibusque practice coram Deo proficiant; quidam autem, qui gratiis ac donis Dei illuminantur præclare, & crebrò, sed non sibi ipsis verum aliis; qui nempe abundant convictionibus, luminibus, doctrinis, dictaminibus, spiritualibus solidis, possunt ac solent ea aliis tradere, eosque per illa convincere, immò & inflammare, ac ad detestationem vitiorum, ad exercitium virtutum, ad sensuum victoriam, ad periculorum, & scopulorum imminantium decli-

Dr. C. C.
Bicki
Oper. as. C.
Tomus I
N. V.
58

decl
scree
perf
prin
duce
tent
que
mes
scitis
nihil
terq
non
peri
ab h
pro
viã,
tum
litie.
min
culo
que
tius
serv
ni su
cura
non
qua
pau
item
meo
qua
tiusq
grati

declinationem summa cum dexteritate, ac discretionem spirituali deducere ad fastigiumque perfectionis evehere. Possunt item ac solent ex principiis practicis, conclusiones practicas deducere spirituales, possunt similitudinibus sententiis verbisque cum quodam lumine, cumque energia, aliis abstrusas veritates, ac sublimes, explanare, quibus tamen ipsis, à semet scitis, in suæ animæ bonum, profectumque vel nihil, vel rarò parumque utuntur: consequenterque, parum aut etiam nihil perficiuntur: non tam gratiarum, & donorum Dei vitio, quæ perinde habentem ipsum, atque illos quibus ab habente traduntur, perficere apta sunt, atque promovere in bono, quam ipsius habentis ignavia, irreflexione ad aliquid sensuale, aut creatum adhæsiōne, mentis teneritudine, ac molitie, aut inolita ad aliquid pravum consuetudine.

Quod cum valdè intolerabile esse debeat hominitalibus donis prædito (est enim valdè periculosum, & nullam, apud conscientiam, Deumque excusationem promittit, immò pœnas potius habenti talia dona exaggerat, juxta illud; servus sciens & non faciens voluntatem Domini sui plagis vapulabit multis. Item; Medice cura te ipsum. Item, qui alios doces te ipsum non doces. Item, ex ore tuo te judico serve nequam) ideò qui talis est (& tales credo esse non paucos, aliorum in spiritu duces, & magistros, item concionatores, confessarios &c.) rectè meo judicio, hac Industriâ præsentem uteretur, in qua ratio examinandi sese, ex talibus donis gratisque traditur, aliaque genera & capita talium gratiarum, & donorum innuuntur. Cujus examinis

2:
et:
II

minis is scopus est, ut quis videat, quibus & quantis luminibus, veritatibusque abundet in vita spirituali, quæ speculative & magni æstimat, & alii tanquam talia tradit, proximque earum suadet, immò exigit, & interim quomodo practice easdem in ordine ad sese possideat, hoc est, quomodo, quam accurate ipsemet in sua quotidianâ vitâ iisdem utatur, ex iisque proficiat, ac melior & sanctior fiat, & cur non fiat, aut cur non proportionatè suis luminibus fiat? Cur quod alios docet, quod aliis non solum factibile, sed etiam faciendum proponit, immò ut dixi etiam cum potestate exigit, cur, quod verbo, non etiam facto proprio factibile ostendat?

His jam Præmissis non erit difficile Examini rationem tradere, præsentis materiæ accommodatam. Itaque

PUNCTUM I. Continebit gratiarum actionem pro donis omnis generis, à Divina manu collatis, potissimum autem pro illuminativis, & veritatibus, quibus homo posset practice utendo promoveri in sanctitate, & perfectione, & gratia apud Deum.

PUNCTUM II. Continebit Postulationem Luminis à Deo, ut possit efficaciter, atque fructuosè penetrare, quomodo Luminibus, veritatibus, dictaminibusque suis soleat ipse in suum bonum uti, an adæquet affectu, & effectui, Lumen cum Intellectu?

PUNCTUM III. Continebit Perensionem eorum donorum quænam habeat? quanta? quomodo iis utatur? an adæquatè? cur non? & primò quidem dispiciet communia illa, & quæ ex vi status, atque cum gratia vocationis v. g. Religiosæ,

Dr. C.
Bicki
op. as c.
TOMUS I
N. V.
88

giosæ
ne, in
haberi
tingar
cietat
puto
III, c
ris co
2.
nes o
Regu
adjun
Et cū
tantor
tia à
condi
mniu
rienti
busqu
us Re
go in
non u
vere f
3.
ris, qu
4.
usus,
diana
mina
plisq
adject
tionib
5.

gioſæ, Sacerdotalis, talisque gradus in Religione, in Sacerdotio, in Eccleſia, in Chriſtianismo habet, quæ longum eſſet hoc loco recensere, attingam eorum aliqua tantum, quæ ſunt in Societate communia omnibus, talia igitur dona ego puto eſſe.

1. Exercitia ſpiritualia Sancti Patris IGNA-
TII, cum omnibus in eo libello, ſancti Fundato-
ris contentis, ab eoque inibi traditis.

2. Conſtitutiones ac Regulas, tam commu-
nes omnibus, quàm proprias officiis: quot enim
Regulæ ſunt, tot omninò Lumina: atque his
adjungo reliquas Inſtituti partes explicatrices.
Et cum Regulæ ſint partus, poſt Deum, tot
tantorumque virorum, prudentium, experien-
tia à Deo illuminatorum, qui eas invenerunt,
condiderunt, probarunt, confirmarunt, &c. o-
mnium eorum Lumina, & prudentias, & expe-
rientias, regulis, conſtitutionibus, ordinationi-
busque ineſſe putandum eſt: Quot ergo in uni-
us Regulæ lumine Lumina latebunt? Quanta er-
go incuria, vel injuria eſt Deo ac hominibus,
non uti Regularum Luminibus? hoc eſt non vi-
vere ſecundum normam Regularum?

3. Examiniſ tam Generalis, quam particula-
ris, quotidianus, & quidem repetitus uſus.

4. Meditationis ſive Orationis reflexivæ
uſus, hæc enim fere aliud nihil eſt, quàm quoti-
diana convictio animi noſtri per lumina, dicta-
mina, veritatesque, deſumptas ex verbis, exem-
plisque Chriſti, Sanctorum, Regularum, &c,
adjectis ſimul affectibus, propoſitis, poſtula-
tionibus.

5. Maniſtatio Conſcientiæ ſuis Superiori-
bus

2:

et:

II

bus, Patribusque spiritualibus, quæ & ipsa est similiter eminentissimum dictamen, & præterea Mater dictaminum, atque illuminationum.

6. Renovatio Spiritus. 7. Collectiones.

8. Confessiones generales, siue illæ sint annuæ, siue semestres siue etiam ut apud plerosque in usu est, menstruæ.

9. Addi his possunt colloquia mutua spiritualia, lectionesque spirituales, siue quæ ex libris lectis, siue ex concionibus, exhortationibusque domesticis hauriuntur, in quibus nos & illuminari, & etiam inflammari, quotidianâ experientiâ certum est.

10. Addo hic etiam nostras, quas aliis domesticis, vel extraneis damus, siue dandas paramus instructiones, doctrinas, veritatesque in confessionibus, concionibusque, exhortationibus, consiliis, directionibus, quas impossibile est nobis ipsis non esse utiles, neque stare cum Lumine, in mente nostra frequenter, & non accendi ad eadêm, vel similia, proportionataque nostro statui, & gradui perficienda.

Hæc omnia & ipsa Lumina sunt & Luminum nidi atque fontes, in his ergò dispiciat sese quisque & videat, quem usum eorum habeat? quem ex eis fructum capiat? an majorem possit? cur non? cur alii longè majorem percipiant? Et quidem ipso forsitan docente, ipso urgente, ipso exigente. Certè hæc talia sunt, ut eorum pleraque, etiam singula, si in aliis statibus essent, apta essent facere plurimos in illis statibus, vitæque generibus, Sanctos, quæ tamen aliquando, etiam si conjuncta simul, immò multis aliis exaggerata in nobis, non eum faciunt sanctitatis, & perfectionis

ctionis
posse
incuria

Der
tur, de
ter à D
diante
tione,
ne, vo
cunqu
dona,
in uno
atque
munia
quo ha
ipsa, al
nisgra
untur
uni hæ
alter n
alia oc
quis al
tur, ne
alio ve
advert
ta ejus
accide
mum r
I.
solet fr
materi
bere,
benter
Princip

tionis fructum, quem deberent, & natura sua possent, non alio quàm nostræ propriæ desidiæ incuriæque vitio.

Deinde verò dispiciet, qui hoc examine utetur, dona sua, sibi que appropriata, & specialiter à Deo sive immediatâ illuminatione, sive mediante alterius, vel libri lectione, vel exhortatione, vel colloquio familiari, vel instructione, vel exempli conspectu, audituve, sive quocunque tandem alio modo intimata. Quæ dona, difficilè est ad certa capita revocare, cum in unoquoque ea habente, sint ut plurimum alia, atque alia; quodsi etiam sunt uni cum aliis communia, eò quòd illa simul cum ipso ab uno aliquo hauserint plures, legerintque, tamen & hæc ipsa, aliter ferè cum alio, cum alio inquam, luminis gradu sunt in singulis, & adhuc magnam patiuntur disparitatem numeri gradus, &c. nam quod uni hæsit, alterum nihil movit, quod istum rapuit, alter nec advertit, quod huic heri non hæsit, hoc alia occasione inhæsit. Immò contingit, ut aliquis aliquo Lumine audito motus sit, & regatur, nec tamen advertat se eo uti aut regi, nisi alio vel monente, vel aliter in eo sese reflexione advertentiaque excitante. Si tamen aliqua capita ejus rei saltem possibile, & solita interdum accidere, sunt proponenda, sint hæc ad minimum non veritatis, sed exempli gratia posita.

i. Ergo dispiciat in se spiritum, quo agitari solet frequenter, aut libenter, de quo genere materiæ ac veritatis, meditari, loqui, legere, scribere, audire appetit, & consuevit. Quæ aliis libenter proponit, & suadet, ad quæ tanquam Principia, aut certè ad magni momenti documenta,

2:
et:
II

menta, præceptaque, tum sese ipse, tum alios, quos monet, docet, informat, revocare in morte habet. Videmus quippe in Viris sanctis, & in eorum gestis legimus, quòd ordinariè vel ad unum, vel ad pauca, certè ad aliqua certa capita Principiaque vitæ suæ totam seriè, omnesque virtutes reducerint, alii ad Humilitatem, alii ad Paupertatem, alii ad Zelum animarum, alii ad opera Charitatis proximi externa, alii ad alia. Observamus item in Scriptoribus rerum Spiritualium ab eis omnes quas tradunt doctrinas, ad certa fundamenta reduci, ex iisque tanquam fontibus derivari, ita alii ad notitiam sui, alii ad imitationem Christi, alii ad Præsentiam Dei, alii ad Orationis usum, & contemplationis alii ad Resignationem, sive conformitatem cum Dei voluntate, alii ad alia capita revocant omnia. Hæc ergo quisque in sese dispiciat, & quibus circa hæc Luminibus abundet, cognoscat, quomodoque iis ipse in suum usum & profectum utatur, expendat.

2. Dispiciat quæ peculiariter vita vel oderit, vel odienda judicet, aliisque odienda fugiendaque proponat, hoc enim ordinariè ex & cum Lumine fieri singulari aliquo solet. Ita alii gula, alii Impuritatem, alii linguositatem, alii insipientiam, alii amorem proprium, alii superbiam, alii vanam gloriam, alii tepiditatem, alii profunditatem, seu occultationem sui cordis, alii privatam familiaritatem, alii alia plura, paucioraque insectari solent, & fugienda suadent, habentque circa hæc nova & nova semper Lumenta, novosque ac efficaces, proponendi, ac promovendi modos. Hic ergo videbit qui se examinat, quomodo ipsemet hæc, & similia vitia

g. Dr. C. C.
Bicki
opere as c.
Tomus I
N. V.
58

tia fu
vive
quas
les p
tum
gust
ab al
quor
exer
4
citati
æstin
ex q
quar
pluri
hoc
Talia
plura
diver
ctar,
Divin
refig
tia in
bonu
stus,
eam
fatiar
serati
Præse
cit.
nenti
ferur
que
V.

tia fugiat, quàm ſit ab iis ipſe remotus, uſu ipſo vivendi, non ſolum de eis loquendi.

3. Diſpiciat quas ſpecialiter virtutes amet, quasque principaliter æſtimet, & quas principales putet, aut in quibus principaliter excellere, tum ſe ipſum, tum alios velit, quasque cum guſtu aliis, & efficaciâ proponat. vel quarum ab aliis exercitium exigit. Atque ſimul videat quomodo ipſe in eis proficiat, excellat; ſeſe exerceat, cur negligat?

4. Diſpiciat ſuas Conſuetudines, atque Exercitationes, quas ſive olim, ſive nuper notavit, æſtimavit, exercuit, aut etiam exercet adhuc, ex quibus ſeſe in ſpiritu multum, tam ſe ipſum, quam alios promoviſſe meminit, in quibusque plurimum momenti eſſe poſitum novit, ac aliis hoc efficaciter illuminatèque proponere ſolet. Talia exercitia apud alios pauciora, apud alios plura, apud alios alia, apud alios eadem, ſed in diverſo luminis gradu. Sic v. g. aliquos delectat, & promovet in ſpiritu, amor voluntatis Divinæ, cum eaque conformatio, deſponſatio, reſignatio: aliquos delectat Divinæ Providentiæ in minimis ſuavis occuſus, & omnium in bonum deductio. Alios Sapientiæ Æternæ guſtus, & amor, & contuitus, & cum Salomone eam ſibi Sponſam aſſumendi deſiderium. Alii fatiari non poſſunt Charitatis, Bonitatis, ac miſerationis Divinæ recogitatione, & amore. Alios Præſentia, & Reverentia Majestatis Divinæ afficit. Aliis præ omnibus hæret Dignitas & Eminentia Dei, cui ſeſe devovere in omnibus, præferunt omnibus. Alii guſtum Dei explere ubique cupiunt. Alii ad majorem Dei gloriam

V. P. Druzb. Op. IX.

F

omnia

2:
et:
II

omnia facere, omnium loco habent. Alii naturam omnium (ut Sapiens vocat) Gratiā, tanquam infantuli complectuntur. Alios Incarnatā Sapientiæ Incarnatio, & amor tenet, & in his alii ad alia vitæ, factorum, dolorum, doctrinarumque mysteria afficiuntur singulariùs. Alii in Pretiosissimæ Dei Hominumque Parentis, amorem, ac servitutem mancipalem, filialem, hæreditariam, sponsalem, effusi sunt. Alii Sanctorum vel omnibus vel certis ordinibus, personisque mirè afficiuntur. Alii in Miseratione super animas Purgatorii excellere laborant. Alii Religionis suæ, Fratrumque mancipia ultima esse desiderant, inque eo spiritu exercere se atque perficere laborant. Alii vitæ Reflexivæ, Examinibusque ac recollectionibus mensuris, hebdomadariis, diurnis, horariis, & frequentioribus addicti sunt, & per hoc proficiunt, vel proficiendum suadent. Alii observationi temporum, actionum ordinariorum, minimorum, exactè plurimùm, se impendere volunt, & alios docent, scilicet ordinaria facere omnia, nihil tamen ordinariè. Alii vitam communem sectari amant. Alii nihil nisi planè necessarium retinere. Alii Præsentiâ, & dominio sui delectantur: Alii præmeditatè, ex electione, ex voluntate agere, magnum putant perfectionis adjumentum. Alii ubique notitiam & vilificationem sui quærunt. Alii moneri, reprehendi, censurari, pro stultis haberi amant, & cupiunt. Alii honorem proprium, & famam Deo in holocaustum, omnibus creaturis in dominium dant. Alii meditatione, vel potiùs præmeditatione mortis practicâ ducuntur. Alii respectuum, censurarum, linguarum,

Dr. C. C.
Bicki
apert. as c.
Jomus I
N. Y
58

rum,
magn
O am
veni
rator
cum
rem i
cordi
arrep
seu c
comr
pæ &
Alii t
exter
derio
suam
neo a
dolor
ctuun
creatu
mend
dine,
tione
nem.
alii ali
citiisq
ut gra
sele gr
Ex his
ex am
vacuu
cet, se
cam h
An dic

rum, judiciorum, laudum, contemptum, inter magna ponunt. Alii illud Auguſtini inculcant. O amare! ô ire! ô ſibi perire! & ad Deum pervenire! Alii amorem veritatis, ſervitiumque rationis, unicè æſtimant. Alii unionem ſuorum cum Chriſti Sanctorumque meritis. Alii amorem inimicorum, & condonationem injurlarum cordialem. Alii obſervationem Luminum, & arreptionem, atque praxim. Alii devotionem, ſeu cultum Sanctiſſimi Sacramenti diligenter commendant. Alii cupiunt ſine obligatione culpæ & pœnæ, coram Deo immaculatè vivere. Alii toti ſunt in afflictione ſui, tam interna, quàm externa, crucisque omnimodæ amore, & deſiderio. Alii in more habent, quotidie animam ſuam in ſanguine Chriſti, vel juſtitia Divinæ balneo abluerè. Alii in vulneribus Chriſti, vel JÈſu doloribus libenter commorantur. Alii in defectuum quotidianorum, tam ſuorum, quàm creaturarum omnium ſuppletionem. Alii in ſpiritu mendicationis omnium à Deo. Alii in gratitudine, atque gratiarum actione. Alii in æſtimatione, ac cultu vocationis propriæ ad Religionem. Alii in Zelo animarum toti ſunt. Denique alii aliis ſpiritibus (ut ita loquar) aguntur, exercitiisque afficiuntur, pluribus paucioribus, prout gratia Divina ſeſe illis communicat, illi verò ſeſe gratiæ Divinæ aptos, & capaces reddunt. Ex his ergo aut aliquibus horum capitum ſeſe examinet Vir ſpiritualis; videbitque; an in vacuum gratiam Dei accipiat? An qui alios docet, ſe ipſum doceat? An ſanctitatem practicam habeat? an intellectum affectu aſſequatur? An dicat & faciat? an priùs ipſe faciat quod

Z:
et:
II

alios docturus est? An non efficiatur sicut æsonans, aut cymbalum tinniens, cumque aliis prædicaverit, ipse reprobus fiat? an docendo, & non faciendo, non Deum doceat, quomodo illum judicare debeat?

PUNCTUM IV. Continebit dolorem, & confusionem efficacem, timoremque confixivum judiciorum Dei, quando Deus talenta sua & bona requiret, cum fructu & usurâ: sanè mirificus esse debet pudor iis, qui cum fortè sunt modo aliorum in spiritu efficaces, & accurati Magistri, atque felices Promotores, ac Duces, exactique profectus in spiritu, & perfectione à filiis suis, discipulisque spiritualibus, exactores: tamen in illo sæculo, invenientur propter suam ignaviam & teporem aliasve faciles causas longè inferiores suis in spiritu discipulis, inferiores inquam in gratia Sanctificante, in meritis, in gloria. Cujus timoris considerationem existimo non uni spirituali Magistro, & Patri, esse necessariam, & fore utilissimam, si eâ uti voluerit expenderitque illud apud se; Comederunt alieni robur ejus, & ignoravit.

PUNCTUM V. Continebit Propositum forte, atque efficax, & resolutum, emendationis scilicet practicæ, quarendæ Sanctitatis, & Luminum cognitorum in praxim reducendorum. Continebit etiam Postulationem diligentem à Deo, ut ille det gratiam faciendi, parem gratiæ sciendi, ut non minùs faciamus, quàm faciendum sciamus. Immò ut nihil det nobis faciendum scire, quod non debemus re ipsâ, culpabilem ob causam ex parte nostra, facere. Hoc enim videtur sonare illud Sapientis postulatum:

Domi-

Domine divitias & paupertatem ne dederis mihi, sed tantum victui meo tribue necessaria. Et extollentiam oculorum meorum ne dederis mihi & desiderium (sterile ac inefficax) averte à me. Item illud Apostolicum; Scientia inflat, charitas ædificat: Scientia enim si tantum sciat, revera inflat, quia superbiendi ansam conflat. Item illud; qui addit scientiam addit dolorem: nam qui cognoscit facienda & non facit, hic sibi exaggerat tantò magis pœnam, quantò magis inexcusabilem reddit suam culpam, certioſerem autem damnationem, & gehennam. Orandus ergo est Deus, ut quæ sunt facienda sciamus, quæ scimus faciamus, veniatque super nos illa beatitudo Christi dicentis. *Si hæc scitis, beati eritis si feceritis ea.*

Eccl. 23. 50

INDUSTRIA XV.

*In horas esse vivendum, & ratio horarum
Examiniſ.*

Integerrimus nostræ Societatis Frater, Joannes Berchmans, inter moralia sua placita, atque animi decreta, quæ sibi observanda præscriperat, valde præclara, & spiritualis Prudentiæ plena, habet etiam hoc unum positum num. 5. *Viam in dies, & horas, nihil sollicitus de crastino.* Quod dictum atque propositum, etsi in vulgari hominum sensu, possit, & soleat, ad potui assuetos trahi, ad eos scilicet, quorum Deus venter est, qui animales sunt, & terrena sapiunt, quique æternum nihil cogitant, sed de die in diem vivunt, & dictum illud in ore habent. *Edamus, & bibamus: cras enim moriemur, tamen*

F 3

in